

N. M. II, 263<sup>o</sup>  
h. 71, 2.

40  
X 1880358  
DISCURSUS JURIDICUS  
De

II K  
5134

# REPRESSALIIS,

QVEM

DIVINA ANNUENTE GRATIA,  
CONSENSU ET AUCTORITATE

MAGNIFICI ATQVE NOBILISSIMI  
JCTORUM IN ALMASALANA ORDINIS  
PRÆSIDE

Statz Harbort von Wintheim/  
J.U.D. & Cur. Prov. Saxon. Utrius-  
que Lin. Communis Advoc. Ordin. hospite  
suo perpetim honorando,

*placido eruditorum examini  
submitit*

JOHANNES GERHARDUS DESENISSE,  
RODENBERGA-HASSÔ-SCHAUMBURGICUS,

*ad d. Jul.*

In Auditorio Jctorum  
Anno M. DC. LIX.

BIBLIOTHECA  
POMICKAVIANA

JENÆ,  
Typis JOHANNIS NISII.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)

622

127

DISCURSUS JURIDICUS

# REPERESSALLIS

DIVINA ANNUENTIA GRATIA

GOETTER ET WISSEN

UNIVERSITATIS WITTEBERGENSIS

JOHANNES GERRHARDUS DEINISSE

PROFESSOR PRAEDICANDI

IN UNIVERSITATE WITTEBERGENSIS

AD DISCURSUS JURIDICUS

DE REBUS PUBLICIS

IN QUAERENDO

DE REBUS PUBLICIS

DE REBUS PUBLICIS

DE REBUS PUBLICIS

DE REBUS PUBLICIS


DE REBUS PUBLICIS

DE REBUS PUBLICIS

DE REBUS PUBLICIS

DE REBUS PUBLICIS

127



tu  
ho  
id  
m  
l.  
co  
o  
li  
nu  
na  
B  
do  
li  
co  
C  
fe  
c.

22

50





De  
REPRESSALIIS.

THES. I.



Ntroducō rerum dominiō, va- 1  
rii etiam, tūm jure Gentium, tūm Ci- 2  
vili, inventi sunt modi, quibus quis  
suum tueri, aut ablatum recuperare  
potest. † Ex plurimis unicum, re- 3  
pressalias nempe, in medium produci-  
mus, paucis earum naturam explica-  
turi. † Nosse autem omninō oportet, unde nomen 4  
hocce descendat arg. l. 1. ff. de Just. & Jur. Barbarum  
id esse, Dd. passim concedunt. *Rutg. Ruland. tr. de com-*  
*missar. part. 1. lib. 7. c. 9. n. 1. Heig. quaest. 12. n. 6. Mynsing.*  
*l. 6. obs. 1. n. 2. Gail. de pignor. Imper. obs. 2. n. 1. Duar. in*  
*comm. ad tit. C. ne fil. pro patr.* † Quia verō non unō 5  
omnes eas appellant nomine; quidam namque presa-  
lias vocant, pressalias alii; repræsalia, repressalia, non-  
nulli; plurimi repressalias; † ideō rationem denomi-  
nationis alii ab Italico presa, quod capturam significat,  
*Besold. Thesaur. pract. voc. Repressalien/* alii à reprimen-  
do, quod hisce alterius injustitia reprimatur, *Id. d. loc. a-*  
*lii, à repræsento, quia hīc alii alios; detenti nempe*  
*cos, qui injuriam fecerunt, aut justitiam denegarunt,*  
*Coler. proc. exec. part. 1. c. 2. n. 269.* aut ita captum, repræ-  
senter id, quod debetur spoliato. *Voss. de Vitiis serm. l. 3.*  
*c. 42.* alii à repradando *Rutger. Rul. de commiss. part. 1.*

6 *lib. 7. c. 9. n. 2.* deducunt. † Rectius fortè à Gallico re-  
 prendre, quod est recipere, rem suam, iterum, aut pro eâ  
 aliud accipere, *Tholosan. in Synt. Jur. univ. lib. 38. c. 8. n.*  
 7 4. Unde nomen reprise, receptio. † Eodem sensu Gal-  
 li (quas aliàs *Droit de Marque*, propterea, quod in limi-  
 tibus hoc jus potissimum exerceatur, eoq̄ue ad inju-  
 rias regnicolis & civibus in alienis regnis illatas vindi-  
 candas utamur. *Gothofr. in rubr. Nov. 52. lit. b.*) repres-  
 8 sailles vocitant. † Saxones & Angli Winternamiunt  
 dicunt. *Hugo Grot. de Jur. bell. & pac. lib. 3. c. 3. num. 4.*  
 9 † Canonistæ nominant pignorationes *c. unic. de Injur.*  
 10 *in Vito.* † Imperator in suâ Constitutione *ἐνεχυρία*  
*σμὸν* dixit. Ubi translator eâdem pignorationis voce  
 11 usus est. † Rectius autem scribi represalias quam  
 12 repressalias, monet *Hugo Grot. d. l.* † Nobis postquam u-  
 sus, quem penes arbitrium, & vis & norma loquendi, re-  
 pressaliarum vocem recepit, communia hîc legenda  
 vestigia.

TH. II.

1 Nolumus autem anxie hic inquirere, an idem sint  
 cum pignorationibus, an cum arresto, Diffidatione,  
 Spolio, obstagio, clarigatione Romanorum, aut *Ἀνδρω-  
 λεψία* Græcorum, videri hac de re possunt *Magnif. Dn.*  
*Richter. Ordin. noster gravissimus, Fautor & Promotor meus*  
*etatem colendo ad Autent. habita Disp. 4. in pr. Limb. de Jur.*  
*publ. lib. 4. c. 8. n. 305. Grot. d. l. n. 3. Col. proc. exec. p. 1. c.*  
*2. n. 298. & seqq. Rul. de commiss. l. 7. c. 9. Goth. ad Nov.*  
*52. lit. b. in f. Greg. Tholos. Synt. Jur. Univ. l. 38. c. 8. nu. 2.*  
 2 *Gail. de pign. imp. obs. 1. n. 4. & seq. it. 2. obs. 45.* † Nec  
 nostri est propositi, omnes Dd. de origine earundem  
 hic referre sententias, contenti, monuisse, originem qui-  
 dem

dem antiquissimam, *Gail. de pignorat. obs. 2. n. 6.* exerci-  
ium tamen, cum victrix illa Aquila armis, armorumq;  
terrore aliis regibus, etiam potentissimis jugum impo-  
nebat, rarum fuisse, postmodum ruente Imperiô, & de-  
plumatâ Aquila, (*vid. Limn. de Jur. publ. lib. 1. c. 9.*) u-  
sum illarum rursus invaluisse.

### TH. III.

Præmissis hisce, naturam repressaliarum paulò pe-  
nitius contemplamur, definiētes eas, quod sint jus de-  
tinendi, pro alterius debito, personas aut res eorum, à  
quorum magistratu, justitia nobis est denegata, aut in-  
debitè protracta.

### TH. IV.

Definitionem sequitur divisio. Dividuntur autem 1  
à nonnullis I. in Personales, Reales, & Mixtas. † Per- 2  
sonales vocant, quando pro personis personæ. † Rea- 3  
les, si pro rebus res. † Mixtas, ubi res & personæ pro 4  
aliis capiuntur. † II. Br. dividit in latè & strictè sumptas: 5  
ita, ut illô modô comprehendant potestatem capiendi  
principalem debitorem, vel ejus res. † Hoc tantum per- 6  
sonam vel res alterius pro altero; à quâ non longè ab-  
est. † III. Mindani qui dividit, quod aliæ fiant in per- 7  
sonis & bonis nocentium, aliæ innocentium. *de proc. c.*  
*47. & 48.* † Verum, cum secunda ad nominis explica- 8  
tionem potius, quam divisionem pertineat, prima & ter-  
tia à casibus fortuitis dependeat, nec rarô etiam ejus  
partes coincidant; in ultima, quæ in bonis nocentium fi-  
unt, ad pignorationes potius pertineât, hîc necessitatem  
quandam divisionis inducere, tutum vix videtur *Vid.*  
*Stbal. Reg. Philos. ph. tit. 13. reg. 3. Gisb. ab Isendorn Effat.*  
*philos. cent. 3. eff. 58.*

TH. V.

1 De eo potius erimus solliciti, quomodo repressa-  
 2 liarum jus possit defendi. † Non absurdè igitur quæ-  
 3 rimus, An licitæ sint repressaliæ. † Jus Civile quod at-  
 tinet, omninò improbatas eas dixeris. *l. unic. C. ut null.*  
*ex Vicar. pro deb. al. l. 4. C. de Exec. & Exact. Nov. ut*  
*non fiant pignoration. 52. proëm. & cap. 1.* Ubi Imperator  
 4 Justinianus eas inhonestas vocat pignorationes, & odi-  
 5 biles exactiones: † Hinc videmus totos titulos *C. ne*  
*uxor pro mar. t. t. C. ne fil. pro patr.* † Juri Civili assur-  
 gere videtur & Jus Canonicum, *c. unic. de injur. in 6to.*  
 6 † Nec reclamant Recessus Imperii *R. A. 1570. §. wenn*  
*auch die Arreste 83.*

TH. VI.

1 Hisce tamen non attentis, usus eas introduxit &  
 approbavit. *Gud. de jur. noviss. l. 3. c. 11. §. usus hodiernus.*  
 2 † Responderi autem potest ad *d. txx.* in genere, locum  
 eos habere circa ordinarium procedendi modum, &  
 3 obtinere, inter eos qui certis gradibus recognoscunt  
 superiorem. † His enim, cum ab intermedio nega-  
 tum jus per implorationem superioris possint conse-  
 qui, extraordinarium ejusmodi remedium non est  
 4 concedendum. *arg. Instr. Casareo-Suec. art. 17. §. ut nullis*  
*junct. §. veruntamen precedent. Br. in aurb. sed omninò. C.*  
*ne uxor pro mar.* † Optimè in hanc rem *le Bret. de la*  
*souveraineté du Roy. liv. 2. chap. 14.* Bienqve les repres-  
 sailles ayent esté defendus, par l' Empereur, & par le Pa-  
 pe Gregoire, ce n' est pas toute fois, qv' ils les ayent im-  
 prouvees, veuq; S. Augustin. & plusieurs autres Theo-  
 logiens les ont estimees justes, mais, pourceqv' ils se  
 persuaderent, qve puisqv' ils commendoient à tout le  
 mon-

monde, l'Empereur, à tous les peuples seculiers, le Pa-  
pe, à tous les Ecclesiastiques, que leurs subjects sans ce  
remede extroordinaire pourroient pourvoir par de-  
vant les juges, comme dependants d' une mesme  
Seigneur. haftenus dict. autor, allegatus à Limn. *in add.*  
*ad lib. 4. c. 8. n. 320.*

TH. VII.

Quâ tamen responsione non omnis omnino vi- 1  
detur esse sublatus scrupulus. † Rationes enim, qui- 2  
bus tum Imperator tum Pontifex *dd. xxx.* ad prohibi-  
tionem repressaliarum permoti, non solum videntur  
consistere, in supereminenti illo, in omnes Imperio,  
quod Imperator in Seculares, Pontifex in Ecclesiasti-  
cos exercere potuit, sed potius desumptæ sunt, ex ipsius ju-  
ris naturæ penetralibus. † Unde Zeno, æquitati natu- 3  
rali dicit contrarium, pro alienis debitis alios molesta-  
ri. *d. l. unic. C. ut nem. ex Vicar.* † & Justinianus non ef- 4  
se rationabile putat, alium esse debitorem, alium exigi.  
*Nov. 52.* Et sane, merum Jus Naturæ si spectes, ex facto  
alieno, nemo tenetur. *Hug. Grot. de Jur. bell. & pac. lib.*  
*3. c. 2. n. 1.* † Dictamen namque illud rationis homi- 5  
num mentibus insculpsisse quæ videtur; alium pro alio  
non esse prægravandum, *d. text.* † cum poenæ suos de- 6  
beant tenere autores, *l. sancimus 22. C. de pænis.* † Ipso 7  
igitur Jure naturæ repressaliæ videntur prohibita.

TH. VIII.

Verum, utut hæc, absolutè, simpliciter, & in thesi 1  
rem si consideres, ita se habeant, utque nudè, absque ul-  
lis circumstantiis considerata repressaliæ, iniqui non-  
nihil habere videantur, adeò ut regulariter eas censeri  
prohibitæ, non negemus; † si tamen, certis cancellis 2  
iij

includantur & convenientibus circumscribantur limitibus, quin defendi & licite exerceri possint, nulli dubitamus. *Magnif. Dn. Richter. d. Diss. 4. ad aurb. habit. §.*

3 *contrarium.* † Idem enim naturæ dictatum, quod statuit, neminem pro alio esse molestandum, idem decernit, singulis sua esse tribuenda, §. 3. *Inst. de Just. & Jur. l. 10. ff. eod. Menoch. arb. jur. quest. 527. n. 3.* quod proprium munus justitiæ, quo universa juris nostri principia col-

4 limant † Cum igitur non rarò eveniret, ut nunquam quis suum aliò modò reciperet; idèò omnibus aliis deficientibus remediis, repressalias, utpote in quibus de-

5 damno vitando agitur, admittere, quid obstat? † Dicis: innocentes pro nocentibus damnum incurrunt; bona non debentium pro bonis debitorum capiuntur, quod iniquum. *Add. Deut. 24. v. 16. Jer. 31. v. 30.* † Re-

6 spondeo. Idem evenire & in bello, quod tamen, si subsit causa prægnans, justè suscipi etiam dissentientes concedunt. *c. dominus noster, c. 23. q. 2. † 2. repono. exemplum Benjemitarum, Jud. 20. Israeliticæ gentis, ob peccatum Achoris cæsæ. Josua. 7. Historiam Davidis, populum numerantis. 2. Reg. 23. 3. † Juris esse non inco-*

7 gniti, ipsos etiam subditos, ex tacita quadam obligatione, propter mandatam Jurisdictionem *Jacob à Canib. tr. de Repress. §. secundo. n. 15. teneri, de facto magistratum suorum. vid. l. in honorariis 35. §. 1. ff. de oblig. & act. l. si ex dolo 16. §. 1. de dol. mal. l. f. C. de navicul. quem textum. Mynsing. l. 6. obs. 1. n. 9. vocat mirabilem, add. c. non est. 11. extr. de sponsal. c. ex rescripto c. extr. de Jur. Jur.*

8 † Tales enim Gentes ex negligentia culpã videntur fecisse suam. *Jacob. à Can. d. l. per consensum in magistratum, it. propter negligentiam, quod non inquirant,*

9 quo-



quomodo magistratus justitiam administret. *Magnif. Dn. Richter. dict. Diss. 4. §. deinde.* † Pulchrè in hanc 9  
rem Grotius. Jure Gentium voluntario induci potuit,  
& inductum apparet, ut pro eo, quod debet præstare Ci-  
vilis aliqua societas, aut ejus caput, sive per se primò, seu  
quod alieno debito, jus non reddendo, se quoque ob-  
strinxerit, pro eò teneatur, & obligata sint bona omnia  
corporalia & incorporalia eorum, qui tali societati aut  
capiti subsunt, † Expressit autem hoc quædam neces- 10  
sitas, quod alioquin daretur magna injuriis faciendis li-  
centia, cum bona imperantium non tam facile possint  
in manus venire, quàm privatorum, qui plures sunt. *Id.*  
*d. l. 3. c. 2. §. 2.* † Hinc est, quod subditi & Ministri ali- 11  
quando pro debitis magistratum vel dominorum ar-  
resto innodari possunt. *Berlich. 1. conclus. 76. Besold. The-*  
*saur. pract. voc. Arrest. n. 15.* † quod eò magis procedit, 12  
si vel communicatò consiliò *l. metum. 9. §. 1. ff. quod*  
*met. causa* vel conniventibus oculis delictum approba-  
tum. *Gail. de pac. publ. c. 9. n. 4. Myns. lib. 4. obs. 79.* † Præ- 13  
terea, damnum, quod innocenti exinde dari videtur,  
non adeò magni erit præjudicii; tenentur enim illi, qui  
non solvendo quod debebant, aut jus non reddendo,  
causam dederunt, illud resarcire, *Grot. d. c. inf. Besold.*  
*cit. loc. Coppen. dec. 36. Thusch. pract. concl. 201. n. 1. Myns.*  
*lib. 6. obs. 1. inf.* † Indemnis igitur servatur innocens; 14  
& si omnibus hisce attentis, aliqua nihilominus subesse  
videatur injuria, dicendum, illam utilitate publicâ re-  
pendi; eumque qui nunc gravatur, alio tempore inde  
posse sublevari. † Multa enim contra rationem dispu- 15  
tandi, pro utilitate communi recepta esse innumerabi-  
libus exemplis probari potest. *l. ita vulneratus § mul-*

B

ta ff.

16 *ta ff. ad L. Aquil.* † Hujus publicæ utilitatis intuitu, etiam ipso jure Civili casus videmus, quibus alius pro alio tenetur, exempla nobis suppeditant *l. 4. §. 2. ff. de off. procons. l. 6. C. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. l. 4. C. d. tit. l. ult. C. de primipil. Vid. latè Jacob. à Canib. tr. de*  
 17 *Repress. §. ad argumenta. 18. & 19.* † Hinc communis Dd. sententia valere statuta, quibus uxor debita mariti solvere obligatur. *Myns. 1. obs. 29. Gail. 2. obs. 9. Carpzov. decis. illustr. 60. Jason. in §. actionum. n. 79. Instu. de action.*

### TH. IX.

1 Jus tamen hoc repressaliarum, cum videamus aliquo modo rigidum, idcirco, ad ejus emollitionem certis. *th. preced.* illud diximus includendum cancellis, de quibus, priusquam ulterius progrediamur, paucis erit  
 2 dispiciendum. † Plura hic Dd. cumulant requisita. *Vid. Limn. lib. 4. c. 8. n. 114. Menoch. arbitr. jud. quest. l. 2. cent. 6. cas. 537. n. 8. & seqq.* quæ tamen ad tria revocari posse videntur capita. † Primum est DENEGATIO JUSTITIÆ MANIFESTA. *Klock. cons. 30. n. 13. Myns. cent. 6. cas. 527.*  
 3 † Cum enim omnia prius experiri, quam armis sapientem deceat, ideò, quamdiu ullum aliud superest remedium, ad extraordinarium hocce non est confugiendum. *Carpz. part. 4. Const. 16. def. 4. Menoch. arb. quest. lib. 2. cent. 6. cas. 527. n. 11. Card. Thusch. pract. concl. L. R. concl. 194. n. 3.*  
 4 † Fluit hinc, notificationem debere  
 5 præcedere *Thusch. d. l. concl. 95. n. 13.* † nec sufficere denegationem factam à Judice inferiori; Superior enim adhuc superest, qui adiri & pro administratione juris & justitiæ implorari potest. *Carpz. d. def. 4. n. 6. Menoch. l. cit. n. 12.*  
 6 † qui si & ipse justitiam deneget, tum de-  
 7 mum,

num, ceteris paribus ad repressalias est descendendum.  
*Jacob à Canib. tr. de Repress. fallent. 1. n. 21.* † Manife- 8  
sta autem debet esse denegatio, *Rutg. Rul. tr. de commiss.*  
*p. 1. l. 7. c. 9.* † quod fieri intelligitur, non tantum si in 9  
fontem, aut debitorem judicium planè nequeat obti-  
neri. *Thusch. concl. 194. n. 19.* † verum etiam, si in re mi- 10  
nimè dubiâ (in dubio namque præsumptio est pro judi-  
ce) planè contra jus judicatum sit. † autoritas enim ju- 11  
dicantis non idem in exteros, quàm in subditos valet,  
*Grot. de Jur. bell. & pac. l. 3. c. 2. nu. 5.* quod extendit *Ja-*  
*cob. à Canib.* etiam ad eum casum, quando Civitas facit  
statutum, contra forenses, quo subsistente ipsi necessa-  
riò succumberent, & requisita, nolit id revocare. *d. l. n.*  
*20.* † Nuda autem assertio ejus, qui repressalias petit, 12  
hic non sufficit, uti nec juramentum illius, qui se despe-  
râsse de jure suo consequendo jurejurando affirmare  
velit, hic attendendum. *Coler. de proc. exec. part. 1. c. 2.*  
*n. 71.* † Sed, denegatio, nisi sit notoria, sufficienter de- 13  
monstrari debet. *Menoch. l. 2. cent. 6. cas. 537. n. 13. Tho-*  
*los. Synt. jur. univ. lib. 38. c. 8. n. 11. Duar. in comm. ad tit.*  
*C. ne fil. pro patr.* † Unde si detentus esset paratus, doce- 14  
re de justitia partis præstita cautione, de justitia repressa-  
liarum cognosceretur, *Jacob. à Canib. fall. 19. n. 37.* Uti  
nec justitiam denegasse censendus est magistratus, cui  
ejus administratio, propter impotentiam aut debitoris  
inopiam, est impossibilis, si nempe Reus non sit solven-  
do, *Card. Thusch. pract. concl. L. R. concl. 194. n. 6.* † quid 15  
enim imputari potest magistratui, qui etsi maximè ve-  
lit, inopiâ debitoris exclusus, jus, cui debetur, tribuere  
nequit. † Impossibilia quippe non obligant. *l. impos* 16  
*sibilia 185. ff. de R. J. §. 10. Inst. de hered. Inst. c. nemo pot-*  
*est 6. de R. J. in 6to.*

TH. X.

1 Secundum requisitum est debitum liquidum, vel  
 2 delictum atrox, *arg. l. unic. C. de prob. seqv. pecun.* † Il-  
 liquidum enim quamdiu est debitum, dici non potest,  
 justitiam esse denegatam, & uti aliàs illiquidi nulla  
 compensatio, & delicti nondum probati nulla pœna,  
 nulla exsecutio, ita multò minus repressaliæ ibidem ha-  
 bebunt locum. *Jacob. à Canib. tr. de Repress. fall. 12.* Ubi  
 statuit propter debitum civiliter tantum, non esse con-  
 cedendas repressalias. *n. 33.*

TH. XI.

1 III. Requiritur etiam, ut damnum, spoliatio, vel  
 injuria sit magni valoris, non rei modicæ. *Menoch. l. 2.*  
 2 *c. 6. cas. 537. n. 9. Jacob. à Canib. fall. 16. n. 36.* † Non e-  
 nim exilis liticulæ imprimis privatæ occasione, Reip. sa-  
 lus in sinuosos ejusmodi mæandros præcipitanda.  
 3 *Carpz. part. 4. const. 16. def. 5. n. 6. & seqq.* † Nec habet  
 hic creditor quod objiciat suo magistratui, qs. & ipse  
 4 contra officii agat rationem; † nam, cùm salus populi,  
 suprema lex sit, princeps propter utilitatem publicam  
 & vitandi majoris damni ergo, periculosum ejusmodi  
 remedium jure denegare poterit. *arg. l. 51. ff. ad L. A-*  
*quil. & l. 23. in pr. ff. de aqu. plu. ibiq. Dd. & Canonistæ*  
*in c. qua in Eccles. de Constit.*

TH. XII.

1 Cum verò damnum passus, suâ authoritate ne-  
 queat repressalias facere, *Menoch. l. c. n. 8.* ideò ulterius  
 2 dispicimus, quinam eas concedere possint. † Extra o-  
 mnem autem dubitationis aleam positum est, sum-  
 mum magistratum, qui pacis bellique in Republica ha-  
 bet potestatem eas decernere posse, *Carpz. Jurispr. Fo-*

*rens.*

*renf. part. 4. const. 16. def. 5. Jacob. à Canib. fall. 17.* † Uti 3  
igitur in Imperio nostro, Imperatori, consensu Statu-  
um, in aliis Rebus publ., ita, pro diversa illarum forma,  
his penes quos est summa potestas, jus eas concedendi  
competit. *Klock. consil. 30. n. 13.* † In Gallia olim pe- 4  
nes Parlamentum fuisse, nunc penes solum Principem,  
testatur *Tholosan. Synt. Jur. univ. l. 47. c. 27. n. 20.*

#### TH. XIII.

De Electoribus & reliquis Imperii nostri Principi- 1  
bus, Dd. hinc inde contentionis reciprocant ferram.  
† Negativam qui propugnant, hoc potissimum nitun- 2  
tur fundamento, quod repressalia sint species belli, cu-  
jus indictio soli Imperatori reservata. *l. 3. ff. ad L. Jul.*  
*Majest. l. unic. C. ut armor. usus, Carpz. p. 4. const. 16. def.*  
*4. n. 13.* † Unde quia ex bello tota Civitas in pericu- 3  
lum venit, ideò fermè omnium populorum LL. cau-  
tum est, ne bellum geri possit, nisi autore eò, qui sum-  
mam in Civitate potestatem habet. *Grot. de jur. bell. &*  
*pac. lib. 1. c. 3. n. 1.* † Hinc Augustinus. Ordo natura- 4  
lis mortalium, paci accommodatus, hoc poscit, ut susci-  
piendi belli authoritas atque consilium apud Princi-  
pes sit. *c. quid culpatur 4. c. 23. q. 1.* † Cum igitur con- 5  
cessione repressaliarum, totum Imperium bello possit  
involvi, ideò plurimi Principibus nostris hoc jus dene-  
gant. *Vid. Magnif. Dn. Richter. d. Disput. 4. §. hinc sequi-*  
*tur.*

#### TH. XIV.

Affirmantium ex adverso, qui castra sequuntur, ur- 1  
gent jus autocraticum Principum nostrorum, cujus vi-  
gore Imperatorem in territorio suo plenissimâ repræ-  
sentant imagine. † Unde & tritum Principes tantum 2

B 3

pos.

posse in territorio, quantum Imperator in Imperio.  
*Pruckm. cons. 17. n. 104. vol. 1. Mindan. de proc. c. 49 memb.*  
*4. Warem. ab Eremb. de subsid. regni c. 15. n. 5. (qui non ul-*  
*lum fere librum se vidisse à Jctis conscriptum, qui non hoc*  
*axiomate ornetur n. 15.)* † quod tamen quomodo intel-  
ligendum explicat *Magnif. Richt. d. l. Carpzov. ad L. Re-*  
*giam. German. c. 1. sect. 13.* † moventur, & , quod ali-  
quando Principes inconsultò Imperatore in propriam,  
aliorumque salutem militem cogere possint, *X. Absch.*  
*1555. §. Nach dem aber 54. X. Absch. zu Sp. 1526. §. Dar-*  
*auff so haben wir uns 9.* † Pro quibus pugnat usus &  
consuetudo.

#### TH. XV.

Ex supra dictis facile patet, pro quibus conceden-  
dæ sint repressaliæ: † nimirum pro subditis damnum  
passis. Pro extraneis enim, advenis & incolis munera  
& onera non sustinentibus, non conceduntur. *Jacob. à*  
*Canib. part. 1. fall. 8. §. 29.* quod tamen limitatur, nisi ta-  
lis advena læderetur contemplatione Civitatis, in quâ  
habitat. *Idem d. l. in f.* In confœderatis pacta conventa  
probe sunt inspicienda, & prout illa sunt vel stricta vel  
lata repressaliæ aut concedendæ aut denegandæ *Thusch.*  
*L. R. conc. 196.*

#### TH. XVI.

Sequitur, contra quos exerceri possint, ubi videtur  
posse constitui regula generalis, Jure Gentium subjace-  
re pignorationibus omnes subditos injuriam facien-  
tis, aut justitiam facere denegantis, qui tales sunt, ex  
causa permanente. *Groz. de jur. bell. & pac. l. 3. c. 2. n. 7.*  
*Guid. Papa quest. 32. n. 2. Felin. in cap. f. extr. de for. com-*  
*pet. n. 24.* † quam *Carpzov.* ita effert, adversus quos bel-  
lum

lum instituere licet, cum his etiam repressaliis pugnare  
jus erit. *Jur. for. Sax. p. 4. const. 16. def. 5.* \* Ex causa per- 3  
manente dixi, non enim intelliguntur repressaliæ con-  
tra eas personas, qui nati quidem sunt in regno, sed ali-  
bi habitant, quia hæ non videntur esse participes scele-  
ris, nisi post indictas repressalias desissent esse, ejus Civi-  
tatis, contra quam indictæ sunt, Cives. *Tholos. Synt. Jur.*  
*univ. lib. 38. c. 8. n. 16.* Quid vero, si non possent exer-  
ceri, nisi contra eum, qui sit Civis utriusque Reipubl. ?  
Non valere Repressalias statuimus *cum Jacob. à Canib.*  
*fall. 14.* cum enim par debeat esse affectio omnium Civi-  
um, non debet aliquid statui, pro uno, quod sit contra  
reliquum. Quod tamen limitatur, nisi ipse Civis sit in  
culpa propria & certa. *n. 35.* An Civitas conventionis  
possit concedere repressalias contra Civitatem originis, Q? 4  
quod affirmandum *vid. Id. n. 40.* \* Usus igitur repres-  
saliarum potissimus erit contra externos, à quibus per le-  
gitimos tramites jus nostrum non possumus consequi.  
*Thuseb. concl. 198. n. 1.* \* Spes enim est, inquit Grotius, 5  
facilius membra ejusdem civitatis à se mutuò jus con-  
sequi posse, quam externos, quorum multis in locis exi-  
gua habetur ratio. *de J. B. & P. l. 3. c. 2. n. 2.*

#### TH. XVII.

Facile igitur responderi potest, ad quæstionem an 1  
Imperii Civibus & subditis inter se detur locus repressa-  
liis? \* Nempe olim turbidis temporibus passim in 2  
partibus Alemanniæ consuetudinem inolevisse, ut alius  
pro alio, innocens pro nocente pægravaretur, testatur  
abundè *Lehnman. in Chron. Spirens. imprimis lib. 5. c. 98.*  
*inf. Besold. thes. pract. hac voc.* \* quod si & hodiè usi- 3  
tatum, ad factum potius referendum, quam ad jus.

*Carpz.*

4 *Carpzov. d. l. def. 4. n. 14.* † cessant enim hoc in casu de-  
bita repressaliarum requisita, patent judicia, subsunt  
Status sub unius Jurisdictione, & ratione denegatae ju-  
stitiae, vel ad Imperatorem vel Cameram recurri pote-  
rit. *Ord. Cam. part. 2. tit. 26. per tot. Coler. proc. exec. p. 1. c.*  
5 *2. n. 280.* † cur igitur patiamur ad arma & rixas proce-  
dere, quos Princeps Jurisdictione sua componere pot-  
est. *l. 13. §. 3. ff. de usufr.* † Hinc & Gailius, exactissimus  
6 communis practicae observator, tradit, Imperatoribus  
in usu esse in casu repressaliarum, quoquo modo per  
principes adversus alios Imperii Status concessarum, ad  
ipsorum instantiam indulgere, adversus repressalias, et-  
iam absque causae cognitione, generale privilegium,  
ne repressaliati, eorumque homines, a quoquo per  
Imperium distringantur, aut detineantur. *2. observ.*  
*n. 3. & 4.*

#### TH. XVIII.

1 Generalem supra proposuimus regulam, quae ta-  
2 men omni exceptione carere non videtur, † Viden-  
3 dum igitur, quinam a Repressaliis immunes. † Rut-  
ger Ruland. ab illis excipit omnes eos, quibus necessa-  
ria negotia expedienda, ita, ut iis non expeditis a iudice  
4 puniri possint. *tr. de commiss. part. 1. lib. 7. c. 9. n. 6.* † A-  
lii exceptionem formant ex Reform. Franc. de anno  
1442. art. 4. & Reform. guter Polices Aug. anno 1548. tit.  
5 *Was in Kriegsläufften befreyet.* † Nos non confun-  
denda putamus ea, quae juris Gentium, & ea, quae jure  
6 Civili, aut pactis populorum constituuntur. † Jure  
enim Gentium excipiuntur Legati: sancti namque hi  
7 sunt gentium jure. *l. ult. ff. de Legation.* † Jure Civili  
plures excipiuntur, de quibus in genere illud monen-  
dum,



dum, quod privilegium hoc immunitatis non extendatur, ultra loca in quibus illa jura vigent. † Sic inter Christianos excipiuntur Clerici. *c. unic. de injur. in 6to.* † quod tamen capitulum intelligendum, quando ob causam Laicorum sunt concessæ repressaliæ, *Guid. Pa. de dec. 34.* non, si contra ipsum Clericum, qui requisitus justitiam denegavit, uti nec *d. c.* locum habet, quando Clericus est debitor, *Tholosan. lib. 38. c. 8. inf.* † His, positâ in Imperio in ejusdem subditos repressalias exercendi consuetudine, junguntur Scholares. *Magnif. Dn. Richter. d. Diss. 4. §. Hise. Jacob. à Canib. fall. 26. ubi ampliat. vid. Duaren. & dd. comm. in auth. habita C. ne filius pro patr. add. Gud. de jur. noviss. lib. 3. c. 1.* † Mercatores in loco & tempore nundinarû *arg. l. unic. C. de nundin.* quos tamen transeuntes per loca prohibita posse capi, tradit *Id. à Can. f. 28.* † Addunt & eos, qui pedagium solverunt, ideoque Baldus itinerantibus cautelam tradit, ut pedagium diligenter solvant; quam tamen exceptionem non legisse se ab aliquo à scribentibus tactam aut approbatam fuisse, asserit *Coler. proc. execut. p. 1. c. 2. n. 295.* † quæ etiam, ut praxi contraria, displicet *Limn. d. l. n. 316. & Tholosan. Syntagm. Jur. univ. lib. 3. c. 3. n. 7. & lib. 38. c. 8. inf.* † Plures hic Dd. constituunt exceptiones, sed tales, quæ ex consuetudine potius, hujus vel illius loci, quàm certâ lege dependere videntur. *vid. Jacob. à Canib. fallent. 29. 30. & seq. usq. ad fin. primæ part.* † Quemadmodum & modus plerumque à Principe repressalias concedente, statui solet, † Ut plurimum, autem observatur, ut inventarium conficiatur, bona omni curâ & diligentia distrahantur, & si quicquam post deductas expensas necessarias superfit, id

C

id

id restituatur damnum passo. *Menoch. l. 2. arb. jud. quest. cent. 6. n. f. Tholosan. in Syntagm. l. 38. c. 8. n. 13.* † qui & restitutionem damni, hâc occasione sibi illati, non tantum à magistratu suo petere, sed & concivem convenire poterit, ut tam damnum illatum, quàm lucrum cessans refundat. *Magnif. Dn. Richter. dict. Disp. 4. §. contrarium.* ubi elegans affert Collegii nostri Juridici præjudicium.

TH. XIX.

1 Sed quâ actione? Ut Actio sibi adversus debitorem à creditore cedatur, posse eum postulare Dd. fere communiter statuunt. *Gud. de jur. nov. l. 3. c. 11. §. usus hodiernus Duaren, ad tit. C. ne filius pro patr. in med.* † An verò nulla alia ipsi competet? Ita existimat Hunnius, quod tamen satis durum videtur. † Unde alii conditionem ex Lege applicant; sed & hîc merito legem, obligationem hanc introducentem requirimus, *arg. l. unic. ff. de condict. ex leg. Add. Wes. & Zæf. h. t.* † Ex

2

3

4

5

6

Lege Aquilia nonnulli tribuunt: † Negotiorum gestorum alii, cui posteriori quidem Hunnius objicit *§. 1. Inst. de obl. que ex qs. contr.* ex quo probare conatur, ad hanc requiri, ut quis sponte accesserit ad negotia alterius gerenda. Sed huic asserto *l. 3. §. 10. ff. de Neg. gest.* è diametro obstat. † Simplicissimè forte dici potest, competere Repressaliato conditionem ex moribus. Moribus enim & consuetudine jus repressaliarum niti, supra demonstratum. Ad exemplum igitur conditionis ex lege, eam, quæ ex moribus dicitur, repressaliato cur denegabimus? *jung. Nobil. Dn. Struv. Fautor noster summopere colendus in Syntagm. Jur. ad tit. de cond. ex lege.*

TANTUM!

*Auctuaria.*

1. Jurium ignari à judicando abstinebunt.
2. Judex solus, de fenestra hominem occidi prospiciens, non concurrentibus aliis probationibus, homicidam condemnare nequit.
3. Jurisprudencia rectè vocatur res sanctissima.
4. Ex lubrico linguæ Doctores juris suggillantes, mordacium canum instar sunt detestandi.
5. In pretio emtionis-venditionis naturaliter licet contrahentibus se circumvenire.
6. Monstrum non est habens duo capita.
7. Extremè sive enormiter ebrius in casu homicidii ab ordinaria pœna absolvi potest.
8. In homicidio sub noctis silentio inter aliquos commisso, locum habet pœna arbitraria, si delinquens planè ignoretur.
9. Pecuniam reprobam & inusitatam non compellitur quis accipere.
10. Privilegium societati concessum sine facto eidem non est adimendum.
11. Seipso frivole inrificentibus jus sepulturæ denegandum est.
12. Uxoratus quidam condemnatur de crimine capitali, qui dum supplicio porrigitur, supplicat judici ut vitæ eum reservet, judex sub hac conditione delicti veniam ei facit, si ædes solita

AK  
TK  
5134  
tarias & ruinosas solus inhabitaret, & si exi-  
ret, fore ut capite plecteretur, successu tempo-  
ris uxor eum requirit. Q. an ei restituendus,  
& per hoc decapitandus? Prius Affirm. Post.  
Neg.

13. Divinâ favente potentiâ aliquis qui vel tres  
vel quatuor dies mortuus à morte tandem est  
resuscitatus. Q. utrum uxorem vel ea, quæ ad  
pias causas legaverat, retineat? Aff.

---

**G**Randia moliris, DESENISSE perite, sed acris  
Viribus ingenii non graviora tui.  
Scilicet ad culmen laudis virtute propinquas,  
Has dum defendis non sine laude theses.  
Gratulor ergò Tibi, Numen tua cœpta secundet,  
Quò Legum fias magna columna, precor.

*Hisce*

*Eximio atque Præstantissimo Dn. Respondenti,  
Jurium studiosissimo, Amico & inquilino  
suo suavissimo gratulabatur*

P R Æ S E S.

---

**T**Ros Rutulusve fuit, nullò discrimine habetur;  
Omnibus astra patent, omnibus una via.  
Perge, velut pergis, stadium decurrere, Amice,  
Et clarum Rutulus nomen habere potest.

*Sic putat, & Amico suo ἀκισθέλω faustissima  
studiorum magmenta calamò quidam fe-  
stinò aliisq; h. l. districtò negotiis, mente ta-  
men maximè fantrice adprecatur*

Georgius Reichardus Hammer.

F I N I S.

WMA  
MC

6 lib. 7. c. 9. ...  
 prendre, ...  
 aliud acc  
 7 4. Unde n  
 li (quas al  
 tibus hoc  
 rias regni  
 candas ut  
 8 failles vo  
 dicunt. H  
 9 † Canoni  
 10 in Vito.  
 σμὲν dixit.  
 11 usus est.  
 12 repressalia  
 fus, quem  
 repressaliari  
 vestigia.  
 1 Nolo  
 cum pigno  
 Spolio, ob  
 ληΐα Gra  
 Richter. Or  
 atatè m col  
 publ. lib. 4  
 2. n. 298. &  
 52. lit. b. in  
 2 Gail. de pig  
 nostri est  
 hic referre

Gallico re.  
 aut pro eâ  
 b. 38. c. 8. n.  
 sensu Gal  
 od in limi  
 ie ad inju  
 atas vindi  
 b.) repres  
 ernamium  
 c. 3. num. 4.  
 ic. de Injur.  
 c. ἐνεχουεια.  
 ionis voce  
 lias quam  
 ostquam u  
 quendi, re  
 ic legenda  
 idem sint  
 ffidatione,  
 aut' Avδρω  
 magnif. Dn.  
 motor meus  
 m. de fur.  
 xec. p. 1. c.  
 b. ad Nov.  
 c. 8. nu. 2.  
 † Nec  
 earundem  
 incem qui  
 dem

